UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Superstitio

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

...inquunt. Tum vepres non quidem arrepta occaſione il-...ſe in calamitate, quod inhumaniſſimum eſſe ſcirent, ...ium & fortunæ incertæ atque dubiæ conſideratione, ...andri verſum inter ſe memoraſſe accepimus, huius ſen-

Beatus eſt cui mens bona & res obtigit.

Illinc vero hos Euripidis.

Ὄλβῳ δ' ἐπιῤῥυέντος εὐτυχέστερος
Ἄλλου γένοιτ' ἂν ἄλλος, εὐδαίμων δ' ἂν οὔ.

Aliunde etiam hæc.

Multorum opes malorum hominibus cauſſa ſunt.

...*, Arrogantia.*

Superfluitas.

DEFINITIO. ET ETYMOL.

...fluitas, Græce, περισσότης, ητος, ἡ, & περισσὸς, ῦ, ὁ, ſuperflu-...itur. Venit autem ſuperfluitas à ſuperfluo, quod eſt ſupe-...undo, eſtque ſuperabundantia quædam.

SENTENTIÆ PATRVM.

...iam neceſſarium, quam cognoſcere quid ſibi neceſſarium. ...*Vercellen.*

...ex veſtimentum dicitur, quidquid neceſſarium eſt alicui ...m qualitatem loci, vel temporis. Duplex autem quod ex-...ſitatem eſt: non enim duas dicit, vt quis in locis Scotiæ gla-...rigentibus vnica tunica debeat eſſe contentus: ſed quo-...n tunica veſtimentum intelligimus ne alio veſtiti; aliud no-...orum timore ſeruemus. *Hier. in Matth.* 10.

...quid corpora noſtra defendere poteſt, & humanæ ſuccurre-...illitati, quos nudos natura profudit, hæc vna appellanda ...a, & quicquid in præſentibus alimentis eſt neceſſarium, hoc ...i victus appellatur. *Hier. 23. ad Fabiolam.*

Superſtitio.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

...ſtitio, Græce δεισιδαιμονία, ας, ἡ, & δεισιδαίμων, ονος, ὁ, ſu-...ſtitioſus dicitur. Eſt autem ſuperſtitio vitium religioni op-...itum ſecundum exceſſum, *ſecund. B. Thom. ſecund. Secund.* ...*art.* 10

...ſtitio eſt vitium contrarium religioni, non quia plus exhi-...cultum diuinum, quam vera religio: ſed quia exhibet cul-...iuinum, vel cui non debet, vel eo modo, quo non debet.

SENTENTIAE HISTORICAE.

...perniciofa eſt incredulitas, & contemptus ſignorum diuini-...latorum, ita ſuperſtitio etiam noxia eſt, quæ tam aquæ inſtar ...delabentis animum trepidum ſtolida timiditate com-... *Plut. in Alexand.*

...manarum mentium ludibrium ſuperſtitio. *Curtius, libro* ...

...il in ſpeciem fallacius eſt quam praua religio, vbi deorum ...n prætenditur ſceleribus, ſubit animum timor, nec fraudibus ...nis vindicandis, diuini iuris immiſtum aliquid videmus. *Liu.* ...*4. l. 9.*

...mobiles ad ſuperſtitionem preculſæ ſemel mentes. *Tacit.* ...*lib. 1.*

...lta vana ſub nomine celebri vulgantur. *Idem, Ann. l. 6.*

Quicunq; à vero aberrant, miſericordia potius quam odio digni ... Non enim hi vel captantur, vel labuntur volentes, ſed boni ...an ducti cupiditate, & ſi alioquin iudicio falſi, conceptis opi-...ibus, qualeſcunq; ſint pertinacius hærent. *Agat. l. 1.*

...oſtentorum & prodigiorum conſideratione nimiam & credu-...tem & incredulitatem periculoſam efficit humana imbecillitas, ...ea non intra certos terminos ſe continet, ſed effertur vel ad ſu-...itionem: inflatiuſq; de iis ſentiendum, vel ad contemptum re-...onis. Optimum eſt cautionem adhibere, ac ne quid nimis. *Plut.* ...*Camil.*

APOPHTHEGMATA.

Leotychidas. Cum portæ Leotychidi proximæ clauem draco ...uoluтus eſſet complexus, idque augures affirmarent eſſe ...ntum: Mihi, inquit, nequaquam videtur: ſed ſi clauis fuiſ... complexa draconem, portentum erat. Lepide irriſit hominum ...ſtitionem, qui terrentur his quæ caſu, nec præter naturam ... Hunc mortalis ingenii morbum alunt augures, arioli, aruſpices ac diuini. Verum vbi quis præter rectum & honeſtum inſtituit nefaria conſilia, tum oportebat horrere portentium, & aliquid mali ſequuturum expectare. *Plut.*

Pericles. Quum vrgeret belli neceſſitas, Palladis ornamenta vendidit quadraginta talentis auri, & admirantibus ab illo rem ſacrilegam admitti, reſpondit, Ex hoſtium manubiis poſſe illi reddi cultum nihilo deteriorem. *Eraſ. Rot. l. 8. apoph.*

Idem. Ad bellum profecturus, cum ſuam ipſe triremem conſcenderet, ſolis deliquium accidit, tenebræque obortæ in prodigium magnum tractæ omnium animos conſternauerunt. Ibi Pericles cum videret gubernatorem ingenti timore captum, oculis eius chlamydem prætendit, percontatuſque eſt, an horribile aliquid id effectum aut portentum eo facto putaret? neganti. At quid intereſt, ait, inter iſtas & has tenebras? niſi quod maius eſt id à quo illæ ſunt inductæ. *Plut.*

Idem. Ægrotans, amico cuidam eum inuiſenti, oſtendit amuletum collo ſibi circumligatum à mulieribus, addens peſſime ſe affectum eſſe qui talem ſtultitiam in ſe admiſiſſet. *Plutarch. in Pericle.*

Ageſilaus rex quum adſtantem aræ Palladis, cui apud Spartanos ab æreo delubro χαλκειοίκα cognomen eſt, vt bouem immolaret, momordiſſet pediculus, non aduerſus eſt, ſed arreptum palam omnibus occidit: Per deos inquiens, equidem inſidiatorem lubens vel in ipſa ara, videlicet declarauit animum nec inepto pudori, nec ſuperſtitioni obnoxium. *Plut. in Lacon.*

Idem. Philippus quidam erat profitens Orphei myſteria & his alios initiare ſolitus: is quum eſſet extremæ paupertatis, tamen apud Leotychidam dicebat, eos qui apud ipſum Orphei ſacris initiati eſſent poſt obitum fore beatos: Quin igitur, inquit, ô demens, quam ocyſſime vitam abrumpis, vt deſinas infelicitatem tuam ac inopiam deplorare? O animum ab omni ſuperſtitione liberum: Poſt hanc vitam felices erunt, qui hic pie iuſteque vixerint, non qui fictis ceremoniis fuerint initiati. Hoc perſuaſum erat Lacedæmoniis, qui hic pie vixiſſent eos ab obitu fieri diuos. *Plut. in Lacon.*

Epaminondas cum aliquoties ad hoſtem cum copiis accederet, & tonitru extitiſſet: interrogantibus ſuis quid ſignificari eo tonitru putaret, reſpondit, ſuperſtitionem eorum irridens, Deum attonitos reddidiſſe hoſtes, ſtuporemq; iis inieciſſe, qui cum prope apta loca eſſent, iniquo loco caſtra ponerent. *Plut. in apoph.*

Lucullus quum in armeniam cum decem millibus armatorum & mille equitibus aduerſus Tigranem tenderet, centum quinquaginta hominum millia habentem in exercitu, pridie nonas Octobreis, quo die prius Scipionis copiæ deletæ fuerant, quodam admonente, quod Romani diem illum vt nefaſtum & inauſpicatum metuerunt: Ergo, inquit, hodie, alacriter pugnemus, vt hunc quoque diem ex nefaſto funeſtoque Romanis hilarem & auſpicatum reddamus. *Plut. in Rom. apoph.*

M. Craſſo conflicturo cum Parthis, exta è manibus ceciderunt: hoc tum cæteris vt inauſpicatum interpretantibus ac prælium diſſuadentibus: Huius modi, inquit, incommoda multa nobis ſenectus adfert: at arma tamen nunquam è manibus mihi ceciderunt. *Plut. in Craſſo.*

M. Cato. Vetus illud Catonis admodum ſcitum eſt, qui mirari ſe aiebat, quod non rideret aruſpex, aruſpicem cum vidiſſet. Quota enim res quæque euenit, prædicta ab illis? aut ſi euenit quippiam quid adferri poteſt, cur non caſu euenerit. *Cic. lib. 2. de Diuinatione.*

Alphonſus cum triumphalem currum aſcenderet, non defuerunt qui admonerent, vt triumphantium more vultum minio illiniret. Verum rex cum hoc contemneret, dixiſſe fertur minium Baccho ſoli conuenire, qui non ſolum triumphi, ſed vini etiam repertor extitiſſet. *Ant. Panorm. de reb. geſt. Alphonſi.*

Pythagoras dicebat ſacrificia ſtultorum ignis eſſe alimenta, eorumque anathemata victum ſacrilegis ſuppeditare. *Stobæus ſerm. 4.*

Demonax accuſatus, quod nunquam ſacrificaſſet Mineruæ: Nunquam, inquit, exiſtimaui illi meis victimis opus eſſe. Notans ineptam vulgi ſuperſtitionem, qui putabat deos hoſtiarum nidore delectari. *Eraſ. l. 8. apoph.*

Idem. Cuidam dicenti, Eamus in Æſculapii templum ô Demonax, pro filii ſalute deprecaturi Deum: Adeone, inquit, ſurdaſtrum exiſtimas Deum, vt nos niſi in templo non ſit auditurus? *Eraſ. l. 8. apoph.*

SIMILITVDINES.

Plutarchi. Vt tremunt qui vrſorum aut draconum Luſtra adeunt: Sic ſuperſtitioſi cum tractant diuina, exiſtimantes Deos ſemper paratos ad nocendum. *in Moral.*

Non timet mare qui non nauigat, non bellum, qui non bellat, non latrones domi manens, non calumniatorem pauper, non inuidiam priuatus: non terræ motum, qui eſt in Galatia, non fulmen qui eſt in Æthiopia: At ſuperſtitioſus omnia timet, terram, mare, aerem, cœlum, tenebras, lumen, ſtrepitum, ſilentium, ſomnium. *in Moral.*

Si fieri poteſt, lippitudinem auferimus ab oculis: ſi id non licet, non tamen eruimus oculum: Ita ſi ſuperſtitio tolli prorſus non poteſt, non tamen protinus credendum, nullos eſſe Deos, *in Moral.*

Licet ſeruis quibus ſpes non eſt libertatis, ad principis ſtatuam confugere, venditionem poſtulare, mutare dominum, ſi durius habiti ſunt, quam ferre poſſint: Superſtitioſis nec hoc, cum omnes Deos metuant. *in Moral.*

Gubernator videns inſurgere tempeſtatem, Deorum auxilium implorat, nihilo ſegnius interim clauum moderans, & antennam detrahens: At ſuperſtitioſus deſpondet animum. *in Moral.*

Polycrates tyrannus non erat formidabilis, niſi Sami, Periander Corinthi, deſinebat metuere, qui illinc in liberam ciuitatem emigraſſet: At ſuperſtitioſus non habet quo confugiat, vt metu liberetur. *in Moral,*

Serui cum dormiunt, non timent heros, vincti obliuiſcuntur compedum in ſomno: vlcera, carcinomata, & grauiſſimi etiam cruciatus conquieſcunt: Sola ſuperſtitio etiam dormientem infeſtat. *in Moral.*

Quidam dum ſtulte fugiunt latrones aut feras, in auia incidunt, & in barathra, aut præcipitia: Sic quidam ſuperſtitionem ita fugiunt, vt incidant in impietatem, cum in medio ſit pietas. *in Moral.*

Roterodami. Latrones aut fugitiui, ſi aram aut ſtatuam apprehenderint, in tuto ſunt: At hic maxime trepidat ſuperſtitioſus. *in Similibus.*

Carbunculi ignis & nomen & ſpeciem habent, cum ignem non ſentiant, vnde & apyruſtæ dicti: Ita quidam pietatis opinionem & imaginem obtinent, cum à re ſint alieniſſimi. *in Simil.*

¶ PROFANA EXEMPLA.

Hetruſci Romanæ ſuperſtitionis magiſtri fuerunt: ad quos ſex patriciorum filii ſingulis annis religionis addiſcendæ ergo mittebantur. *Val. l. Max. l.1.c.1.*

Cuncti fœminas ſuperſtitionis duces & auctores eſſe exiſtimant. Eæ enim ſunt quæ viros ad Deorum cultus, ad dies feſtos, ad venerationes, ad preces inuitent amplius: rarumque eſt vt vir quiſpiam ſine vxoribus ſolus degens, talis reperiatur. *Strab. l.7. ex Menand.*

Romæ publice Febri fanum in palatio dicatum eſt: Orbonæ ad ædem Larium ara: & Malæ fortunæ Exquiliis. Quamobrem maior cœlitum populus etiam quam hominum intelligi poteſt, cum ſinguli quoque ex ſemetipſis totidem Deos faciant: Iunones Genioſque adoptando ſibi. *Plin. l.2.c.7.*

Nationem eſſe omnium Gallorum admodum deditam religionibus ſcripſit. *Cæſ. l.6. de bell. Gall.*

De Polonorum & Sclauorum idololatria ante ſuſceptum Chriſtianiſmum. *Cromerus l.3. diſſerit.*

Lituani olim ſuperſtitioſiſſimi fuere: Ignem, Fulmen, Lucos, Arbores proceras: Viperas item & Serpentes colebant, *Cromerus lib.* 15.

Qui ſub polo habitant arctico, Solem & Lunam adorant: pannum quin etiam rubeum in pertica ſuſpenſum: nonnulli quicquid primo dilucido in cœlo, terra, vel aquis viuum apparuerit, hoc ipſum vſque ad crepuſculum eiuſdem diei pro numine adorant. *Olaus magnus, l.3.c.2.*

Indi omnes, multos diuerſoſq; Deos colunt: eos habent pictos fictoſve ſtatuis: nempe ligneis, terreis, argenteiſue. *Theat. Zuing.*

Peruana regio Deos, auium forma, tygridum, ceruorum & aliorum animalium exhibet: interdum etiam candatos Satyrorum ſpecie. *Ioan. Metellus.*

Vide Religio.

Supplicium.

¶ LOCI BIBLICI.

SVppliciorum genera quadruplicia fuerunt apud Iudæos: Strangulatio. Gladius, Lapidatio, & Combuſtio, antequam Herodes, & poſt Herodem Romani, totum hunc ordinem perturbaſſent, quorum poſtremum non dubium eſt, quin fuerit grauiſſimum. Inde etiam factum, vt æternas illas pœnas cum ignis ſupplicio paſſim Scriptores comparent. *Vide Matth. 5.22.*

Culpa quam pœna tempore prior, emendari quam peccare poſterius eſt. *Tacit. Ann. l.15.*

Maius exemplum eſt viuentis miſerabiliter criminoſi, quam occiſi *Vulc. Gallic. in Auid. Caſſio.*

Humilium ſupplicia neceſſaria ſunt vbi res poſtulat: ſed de nobilibus ſontibus illuſtres pœnæ propalam ſumptæ, oculos animoſque mortalium magis mouent, ſplendidioreq; exemplo afficiunt Magnorum virorum peccata vulgo propoſita ſunt ad imitandum, & vt publico fœdere, communique cauſa, idem cæteris, quod illis ius faſque videtur. Neceſſe eſt igitur & monumenta [illegible] rum ſcelerum terroreſque clariſſimis ceruicibus ſtatui [illegible] vindicatum in ſummis eſt, id in ſe diſſimulatum minime [illegible] ſentiat: & qui metus malis eſt, bonis ſalutiq; publicæ [illegible] quibus duabus rebus communis vita conſtat. *P. Æmil.* [illegible]

Magnitudo pœnæ non deterret homines à ſceleribus [illegible] vehementi cupiditate & magna ſpe. Eſt quidem in omnibus [illegible] tibus conſtituta pœna mors, etiam leuioribus delictis [illegible] fectionis crimen & fœderum infractio: ſed tamen homines [illegible] citati adeunt pericula, neque quiſquam ruit in periculum, [illegible] ter ſibi perſuaſerit, ſe non euaſurum eſſe. Natura omnes [illegible] priuatim proni ſumus ad delinquendum: nec lex aut pœna [illegible] à leuioribus pœnis ad ſummas pertientum ſit, vt audacia [illegible] rum frenaretur. Conſentaneum enim eſt, olim mitiores [illegible] ſummorum ſcelerum fuiſſe, quæ cum homines à ſcelerib[illegible] trandis minime deterrerent, ventum eſt ad mortem, quæ [illegible] ipſa homines à male agendo non reuocat. Aut igitur illu[illegible] tandus eſt terror vehementior, aut ne quidem capitali pœ[illegible] nes coerceri poſſunt. Sed ruunt homines in pericula, [illegible] neceſſitate, vel petulantia, vel ira. Pauperes neceſſitate [illegible] petulanti ſatis cauſæ eſt licentia: ira occaſio eſt, vt quiſque [illegible] bili affectu tenetur. Deinde vincuntur homines cupid[illegible] quarum altera dux eſt, altera comes: altera ad aggredien[illegible] tat, altera viam monſtrat: & expetita bona, quanquam [illegible] tamen plus mouent animos, quam certæ pœnæ qua [illegible] ſpectu. Adiuuat & occaſio aggreſſuros aliquid: quæ cum [illegible] præter opinionem, etiam ſi vires alioqui minores ſint, [illegible] periculum adeant, præcipue ciuitates, quia hæ res ma[illegible] piſcunt, videlicet libertatem & imperium, & ſinguli cum [illegible] ciuibus coniunctis maiora imaginantur. Quare impoſ[illegible] ſibile & ſtultum eſt, metu legum aut pœnarum human[illegible] cupiditate ardentem deterrere. *Thucyd. lib.* 3.

Si ſceleratus dominus flagellatur, ſerui reſipiſcent: [illegible] in illaudatis rebus principem imitari ſolent, ita etiam [illegible] tur & publicæ vtilitati ſeruire cogatur, hi eum vt ma[illegible] quentur. *Nicetas in Andronic. Comin. l.2.*

Vide Pœna, Punitio.

Suſpicio.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

SVſpicio Græce, ὑποψία, ας, ἡ, & ὑπόψιος, ου, ὁ, ſuſpe[illegible] Eſt autem ſuſpicio, acceptio vnius partis cum form[illegible] us. *ſecundum Ciceronem.*

Suſpicio eſt opinio mali ex leuibus ſignis. *ſecund. S. Th*[illegible] *ſec. 60. art. 4. c.*

¶ PATRVM SENTENTIAE.

Sicut difficile aliquem ſuſpicatur malum, qui bonus [illegible] ficile aliquem ſuſpicatur bonum, qui ipſe malus eſt. *Chr*[illegible] *Matth.*

Omnis homo ex ſe æſtimat alterum: fornicarius ne[illegible] tat caſtum, caſtus de fornicario non facile ſuſpicatur, [illegible] minem putat hulmilem, humilis neminem putat eſſe [illegible] ſic qui non eſt ex Deo ſacerdos; neminem putat ſacer[illegible] Deo. *ibid.*

Facilius vitia vnicuiuſq; quam virtute intendimus [illegible] boni quiſq; geſſerit, agnoſcere, ſed quid mali egerit per[illegible] *Iſid. l.3. de ſummo bono.*

Fidelem ſi putauerit, facile quidem fallere docueru[illegible] ment falli, & illius peccati occaſionem ſuſpicando deſ[illegible] *nec. Epiſt. 2.*

Hoc habet omnis affectus: vt in quod ipſe inſanit, in[illegible] cæteros inſanire. *l. de moribus.*

¶ POETICÆ SENTENTIÆ.

Suſpicio vitanda ex qua corruptum iudicium
Anth. ſacr. Iac. Bill.

Culpare in quoquam, quæ non ſunt nota malignum[illegible]
Præſertim ſi, quæ cognita ſunt, bona ſunt,
Non pateant faciles ſæuis rumoribus aures.
Quæ neſcire iuuat, credere non libeat.
Linquantur ſecreta Deo, qui ſi quid operum eſt
Inſpicit, & nullis indiget indicibus.

¶ APOPHTHEGMATA.

Lyſander militem, qui de via deflexerat, caſtigauit. Ei d[illegible] nullius rei rapinam ſe ab agmine receſſiſſe, ne ſpeciem quide[illegible] quit, rapturi præbeas volo. *Eraſm. l.6. apoph.*